



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu**

**Pragae, Anno M.DCC.III.**

**VD18 13723553**

Sepulturæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](#)



Nhibitum est omnibus Religiosis, & aliis secularibus, nè aliquorum defunctorum corpora in nostris cœmeteriis sepelire, aut in Ecclesiis nostris Missarum solemnia, vel pro animabus eorum, qui ad loca Nostra tumulandi feruntur, ibidem exequias celebrare sinè Nostro assensu præsumant. Concessum est Minimis, à Jul. 11. per Bullam, dat. Kal. Aug. 1506. Incipit: *Virtute conspicuos;* est 26. in Bull. Regul. §. 24. Possimus autem liberè in Ecclesiis & cœmeteriis nostris omnes, qui in eis se sepeliri deliberaverint (exceptis excommunicatis, interdictis, ac publicè usurariis) salvâ tamen justitiâ illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur, sepelire: ut eidem Minimis concessum est, in eadem Bulla §. 23. & Camaldulensibus ab Alex. IV. per Bull. dat. 10. Kal. Aug. 1258. Incipit: *Officii Nostris;* est 11. in Bull. comm. §. 16. & à Cælestinio V. Cælestiniis per Bull. dat Kal. Oct. A. 1. Incipit: *Etsi cunctos;* ut in Bull. com. §. 22. Similes concessiones Bullatæ habentur ibid. Greg. XI. Bullâ 7. §. 24. pro Dominicanis: Sixti IV. Bullâ 10. §. 20. pro Congr. Lateran. & 7. §. 57. pro Carmelitatis: & Julii II. 12. §. 35. pro Olivetanis.

K 2

Hac

*Hac facultas, quod attinet ad inhibendum,  
omnibus Superioribus communicatur: quoad  
sepiendum autem Præposito Generali reser-  
vatur, juxta Institutum.*

*Vide verbo Ecclesia. §. 3. & verbo Fa-  
miliares. §. 1. & verbo Interdictum. §.  
4. & 5.*

•ΕΞΕ• •ΕΞΕ• •ΕΞ• ΕΞ•ΕΞ• •ΕΞ• ΕΞΕ• •ΕΞ

## SIMONIA.

*Dispensatio in conventionibus circa Be-  
neficia, &c.*



*N unionibus, annexionibus,  
incorporationibus, & refor-  
mationibus, seu receptioni-  
bus Monasteriorum, Priora-  
tuum, vel aliorum Beneficiorum Ecclesi-  
asticorum, pro Nostra Societate faciendis,  
possunt omnes Præpositi ac Rectores,  
cum Prælatis, & personis, quæ monaste-  
ria, seu beneficia hujusmodi obtinent, vo-  
luntque dimittere in commodū Societatis,  
vel alicujus Domiū, seu Collegii ejusdem  
Societatis, inire conventiones, & pacta,  
quæ illicita, & quando Apostolicā confir-  
matione carerent, expressè prohibita cense-  
rentur. Concessit Julius II. Olivetanis per  
Bullam, datam prid. Non. Jun. 1507. In-  
cipit:*